Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Das Buch Zacharias

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

mora vestimenti sui et tetigerit de summitate
eius panem aut pulmentum aut vinum aut
oleum aut omnem cibum: numquid sanctificabitur.
Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non. Et dixit
Aggeus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his,
numquid contaminabitur? Et responderunt sacerdo-
tes et dixerunt: Contaminabitur. Et respondit
Aggeus et dixit: Sic populus iste et sic gens ista
ante faciem meam dicit dominus et sic omne opus manuum
eorum, et omnia que obtulerint ibi contaminata
erunt. Et nunc ponite corda vestra a die hac et supra
antequam poneretur lapis super lapidem in tem-
plo domini. Cum accederetis ad acervum viginti modiorum
et fierent decem; intraretis ad torcular ut exprimeretis
quinquaginta lagenas et fiebant viginti. Percussi
vos vento urente et aurugine et grandine omnia
opera manuum vestrarum, et non fuit in vobis qui re-
verteretur ad me, dicit dominus. Ponite corda vestra ex
die ista et in futurum a die vicesima et quarta
noni mensis, a die qua fundamenta iacta sunt
templi domini; ponite super cor vestrum. Numquid
iam semen in germine est? et adhuc vinea et ficus
et malogranatum et lignum olive non floruit:
ex die ista benedicam. Et factum est verbum domini se-
cundo ad Aggeum vicesima et quarta mensis dicens:
Loquere ad Zorobabel ducem Iude dicens: Ego
movebo celum pariter et terram, et subvertam solium
regnorum, et conteram fortitudinem regni gentium,
et subvertam quadrigam et ascensorem eius, et des-
cendent equi et ascensores eorum, vir in gladio
fratris sui. In die illa, dicit dominus exercituum, assumam te
quasi signaculum, quia te elegi, dicit dominus exerci-
tuum. Incipit prologus in Zachariam.

Secundo anno Darii regis Medorum Aggeum
et Zachariam prophetasse eorum decla-
rant; sed hec de eis Aggeus et Zacharie in ordine
prophetarum positus videtur quia cum Aggeus duobus men-
sibus et precedentium lectiones ostendunt ante
prophetiam precessisse invenitur plurimque annunciasse
ut Esdras testatur dicens: In secundo anno Darii
regis Persarum Aggeus et Zacharias filius Addo
prophete super Iudeos qui erant in Iudea et Ierusalem
prophetaverunt in nomine domini dei Israel super eos. Tunc
surrexit Zorobabel filius Salathiel et Iesus filius
Iosedech et principes eius et inchoaverunt
edificare domum dei que est in Ierusalem, quibus cum
audissent prophete exhortationem suam ad-
iuverunt eos. Nam et populum Israel ab abhomina-
tionem priorum delictorum plurimam commotio-
nem idem propheta cupiens revocare verbis

lenone comprehensis usus est. Vidi nocte
et ecce vir ascendens super equum rufum et cetera.
Vidit propheta virum in equo rubeo sedentem
et stantem in medio myrteti umbrosorum; cuius
visionis hic sensus est. Vir ascendens equum
rubeum licet angelus intelligatur tamen quia per
colorem equi ascendentis usus est in vindictam
sanguinis meum gentem significat reſer-
dam que populum Israel in captivitatem redegit.
Stantem in medio myrteti umbrosorum quod
dicit: lecticam ipso affirmavit myrteti esse
voluit affirmare cuius ligni Moyses mi-
nistro cum facit mentionem ait: accipiens
die prima fructus ligni speciosi et lecticam
ipsi qui violentus ligni umbraculum de-
signavit. Sed hanc visionem quod liberationem
per et vindictam de adversariis futuram de-
monstrat ob hoc noctu prophetasse vidisse
memoratur. Populum Israel in primam liberatione
de terra Egypti noctu constabat discessisse
cuius exemplo presens populus aliquando precium in se
venire videbatur. Liberatio eiusdem
accidentis captivitatis de terra Chaldeorum per
noctem prophete revelatur. Item alius prologus.
Zacharias memor domini sui multiplex in
prophetia Ihesum vestibus sordidis et lapidem oculorum
septem candelabrumque aureum cum lucernis tot
quot oculis. Duas quoque olivas a si-
nistris lampadis cernit et dextris. Ut post
equos rufos varios albos et dissipatas
quadrigas ex Effraim et equum de Ierusalem
pauperem regem vaticinetur et predicet se-
dentem super pullum asine subiu-
In mense octavo Incipit Zacharias. galis.
in anno secundo Darii factum est verbum domini ad
Zachariam filium Barachie filii Addo
prophetam dicens: Iratus est dominus super patres
vestros iracundia. Et dices ad eos: Hec dicit dominus
exercituum: Convertimini ad me, ait dominus
exercituum, et convertar ad vos, dicit dominus ex-
ercituum. Ne sitis sicut patres vestri ad quos
clamabant prophete priores dicentes: Hec dicit
dominus exercituum: Convertimini de viis
malis et de cogitationibus vestris pessimis;
et non audierunt neque attenderunt ad me,
dicit dominus. Patres vestri ubi sunt? et prophete numquid
in sempiternum vivent? Verumtamen verba mea
et legitima mea que mandavi servis meis
prophetis numquid non comprehenderunt patres
vestros, et conversi sunt et dixerunt: Sicut co-

gitavit dominus exercituum facere nobis secundum
vias nostras et secundum adinventiones nostras
fecit nobis. In die vicesima et quarta undeci-
mi mensis sabath in anno secundo Darii factum
est verbum domini ad Zachariam filium Ba-
rachie filii Addo prophetam dicens. Vidi per
noctem et ecce vir ascendens super equum
rufum et ipse stabat inter myrteta que erant
in profundo et post eum equi rufi varii et
albi. Et dixi: quid sunt isti domine mi? Et dixit
ad me angelus domini qui loquebatur in me:
Ego ostendam tibi quid sint hec. Et respondit qui
stabat inter myrteta et dixit: Isti sunt quos mi-
sit dominus ut perambulent terram. Et respon-
derunt angelo domini qui stabat inter myrte-
ta et dixerunt: Perambulavimus terram
et ecce omnis terra habitatur et quiescit.
Et respondit angelus domini et dixit: Domine exercituum
usque quo tu non misereberis Ierusalem et urbi-
um Iuda quibus iratus es? Iste iam septua-
gesimus annus est. Et respondit dominus angelo qui
loquebatur in me verba bona verba conso-
latoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur
in me: Clama dicens: Hec dicit dominus exercituum:
Zelatus sum Ierusalem et Syon zelo magno
et ira magna ego irascor super gentes opu-
lentas quia ego iratus sum parum, ipsi vero
adiuverunt in malum. Propterea hec dicit dominus: Re-
vertar ad Ierusalem in misericordiis, domus mea
edificabitur in ea ait dominus exercituum et perpen-
diculum extendetur super Ierusalem. Adhuc
clama dicens: Hec dicit dominus exercituum: Adhuc
affluent civitates mee bonis et consolabi-
tur dominus adhuc Syon et eliget adhuc Ierusalem.
Et levavi oculos meos et vidi et ecce .iiii.
cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in
me: Quid sunt hec? Et dixit ad me: Hec sunt cornua
que ventilaverunt Iudam et Israel et Ierusalem.
Et ostendit michi dominus .iiii. fabros. Et dixi:
Quid isti veniunt facere? Qui ait dicens: Hec
sunt cornua que ventilaverunt Iudam per
singulos viros et nemo eorum levavit caput
suum. Et venerunt isti deterrere ea ut
deiciant cornua gentium que levaverunt cor-
nu super terram Iuda ut dispergerent eam. II
Et levavi oculos meos et vidi. Et ecce
vir et in manu eius funiculus mensorum. Et dixi: Quo
tu vadis? Et dixit ad me: Ut metiar Ierusalem
et videam quanta sit latitudo eius et quanta lon-
gitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur
in me egrediebatur et angelus alius egrediebatur

in occursum eius et dixit ad eum: Curre, loquere
ad puerum istum dicens: Absque muro habitabitur Ieru-
salem pre multitudine hominum et iumentorum in me-
dio eius. Et ego ero ei ait dominus
murus ignis in circuitu et in gloria ero in me-
dio eius. O o fugite de terra aquilonis dicit dominus quoniam
in quattuor ventos celi dispersi vos dicit dominus. O Syon
fuge que habitas apud filiam Babylonis, quia hec dicit
dominus exercituum: Post gloriam misit me ad gentes que
spoliaverunt vos. Qui enim tetigerit vos tangit pu-
pillam oculi mei, quia ecce ego levo manum meam
super eos et erunt prede his qui serviebant sibi et cog-
noscetis quia dominus exercituum misit me. Lauda
et letare filia Syon quia ecce ego venio et habitabo
in medio tui ait dominus et applicabuntur gentes mul-
te ad dominum in die illa et erunt michi in populum et ha-
bitabo in medio tui et scies quia dominus exercituum misit
me ad te. Et possidebit dominus Iudam partem suam
in terra sanctificata et eliget adhuc Ierusalem. Sileat
omnis caro a facie domini quia consurrexit de habita-
culo sancto suo. Et ostendit michi dominus III
Ihesum sacerdotem magnum stantem coram
angelo domini et Sathan stabat a dextris eius ut ad-
versaretur ei. Et dixit dominus ad Sathan: Increpet
dominus in te Sathan et increpet dominus in te qui elegit
Ierusalem. Numquid non iste torris est erutus de ig-
ne? Et Ihesus erat indutus vestibus sordidis et
stabat ante faciem angeli qui respondit et ait
ad eos qui stabant coram se dicens: Auferte vesti-
menta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce
abstuli a te iniquitatem tuam et indui te mu-
tatoriis. Et dixit: Ponite cidarim mundam super
caput eius. Et induerunt eum vestibus et angelus
domini stabat. Et contestabatur angelus domini Ihesum
dicens: Hec dicit dominus deus exercituum: Si in viis
meis ambulaveris et custodiam meam custo-
dieris, tu quoque iudicabis domum meam et custodies
atria mea et dabo tibi ambulantes de his qui
nunc hic assistunt. Audi Ihesu sacerdos magne tu
et amici tui qui habitant coram te quia viri
portendentes sunt. Ecce enim adducam servum ego
meum orientem. Quia ecce lapis quem dedi coram
Ihesu: super lapidem unum septem oculi sunt.
Ecce ego celabo sculpturam eius ait dominus
exercituum et auferam iniquitatem terre illius
in die una. In die illa dicit dominus exercituum
vocabit vir amicum suum subter vineam
et subter ficum. Et reversus est angelus IIII
qui loquebatur in me et suscitavit me quasi
virum qui suscitatur de sompno suo. Et dixit
ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi et ecce can-

candelabrum aureum totum et lampas eius super caput ipsius et septem lucerne eius super illud et septem infusoria lucernis que erant super caput illius. Et due olive super illud, una a dextris lampadis et una a sinistris eius. Et respondi et aio ad angelum qui loquebatur in me dicens: Quid sunt hec domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me et dixit ad me: Numquid nescis quid sunt hec? Et dixi: Non domine mi. Et respondit et ait ad me dicens: Hoc est verbum domini ad Zorobabel dicens: Non in exercitu nec in robore sed in spiritu meo dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum; et educet lapidem primarium et exequabit gratiam gratie eius. Et factum est verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundaverunt domum istam et manus eius perficient eam. Et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Quis enim despexit dies parvos? et letabuntur et videbunt lapidem stagneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi domini qui discurrunt in universa terra. Et respondi et dixi ad eum: Quid sunt due olive iste ad dextram candelabri et ad sinistram eius? Et respondi secundo et dixi ad eum: Quid sunt due spice olivarum que sunt iuxta duo rostra aurea in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicens: Numquid nescis quid sunt hec? Et dixi: Non domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filii olei splendoris qui assistunt dominatori universe terre.

V Et conversus sum et levavi oculos meos et vidi, et ecce volumen volans. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ecce ego video volumen volans; longitudo eius viginti cubitorum et latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hec est maledictio que egreditur super faciem omnis terre; quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur, et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud dicit dominus exercituum, et veniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, et commorabitur in medio domus eius et consumet eam et ligna eius et lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur in me et dixit ad me: Leva oculos tuos et vide quid est hoc quod egreditur. Et dixi: Quidnam est? Et ait: Hec est amphora egrediens. Et dixit: Hec est oculus eorum in universa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, et ecce mulier una sedens in medio amphore. Et dixit: Hec est impietas. Et proiecit eam in medio amphore et misit massam plumbeam in os eius. Et levavi oculos meos et vidi, et ecce due mulieres egredientes et spiritus in alis earum, et habebant alas quasi alas milvi; et levaverunt amphoram inter celum et terram. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quo iste deferunt amphoram? Et dixit ad me: Ut edificetur ei domus in terra Sennaar, et stabiliatur et ponatur ibi super basem suam.

VI Et conversus sum et levavi oculos meos et vidi, et ecce quattuor quadrige egredientes de medio duorum montium, et montes montes erei. In quadriga prima equi rufi, et in quadriga secunda equi nigri, et in quadriga tertia equi albi, et in quadriga quarta equi varii et fortes. Et respondi et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hec domine mi? Et respondit angelus et ait ad me: Isti sunt quattuor venti celi qui egrediuntur ut stent coram dominatore omnis terre. In qua erant equi nigri egrediebantur in terram aquilonis, et albi egressi sunt post eos, et varii egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi exierunt et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, perambulate terram. Et perambulaverunt terram. Et vocavit me et locutus est ad me dicens: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis quiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis. Et factum est verbum domini ad me dicens: Sume a transmigratione ab Oldai et a Tobia et ab Idaia, et venies tu in die illa et intrabis domum Iosie filii Sophonie, qui venerunt de Babylone, et sumes aurum et argentum et facies coronas et pones in capite Iesu filii Iosedech sacerdotis magni, et loqueris ad eum dicens: Hec dicit dominus exercituum dicens: Ecce vir Oriens nomen eius, et subter eum orietur et edificabit templum domino. Et ipse extruet templum domino, et ipse portabit gloriam et sedebit et dominabitur super solio suo, et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos. Et corone erunt Helem et Tobie et Idaie et Hen filio Sophonie memoriale in templo domini. Et qui procul sunt venient et edificabunt in templo domini; et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc si auditu audieritis vocem domini dei vestri.

VII Et factum est in anno quarto Darii regis, factum est verbum domini ad Zachariam in quarta mensis noni qui est Casleu. Et miserunt ad domum dei Sarasar et Rogomelech et viri qui erant cum eo ad deprecandam faciem domini, ut dicerent sacerdotibus domus domini exercituum et prophetis loquentes: Numquid flendum est mihi in quinto mense vel sanctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Et factum est verbum exercituum ad me dicens: Loquere ad omnem populum terre et ad sacerdotes dicens: Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et in septimo per hos septuaginta annos, numquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis et bibistis, numquid non vobis comedistis et vobis metipsis bibistis? Numquid non sunt verba que locutus est dominus in manu

prophetas priores cum adhuc Ierusalem habitaretur et esset
opulenta et ipsa et urbes in circuitu eius et ad
austrum et in campestribus habitaretur. Et factum
est verbum Domini ad Zachariam dicens: Haec ait
Dominus exercituum dicens: Iudicium verum iudica-
te et misericordiam et miserationes facite unusquisque
cum fratre suo et viduam et pupillum et advenam
et pauperem nolite calumniari et malum
vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et nolue-
runt attendere et averterunt scapulam
recedentes et aures suas adgravaverunt ne
audirent et cor suum posuerunt ut adaman-
tem ne audirent legem et verba quae misit Dominus
exercituum in spiritu suo per manum prophetarum
priorum. Et facta est indignatio magna a Domino ex-
ercituum. Et dispersi eos per omnia regna quae nescie-
runt et terra desolata est ab eis eo quod non esset trans-
iens et revertens et posuerunt terram deside-
rabilem in desertum.

VIII

Et factum est verbum
Domini exercituum dicens: Haec dicit Dominus exercituum: Zelatus
sum Sion zelo magno et indignatione magna zelatus sum eam. Haec dicit Dominus exercituum: Reversus sum ad Sion
et habitabo in medio Ierusalem et vocabitur Ierusalem ci-
vitas veritatis et mons Domini exercituum mons
sanctificatus. Haec dicit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt
senes et anus in plateis et viri baculus in ma-
nu eius prae multitudine dierum et plateae civi-
tatis implebuntur infantibus et puellis luden-
tibus in plateis eius. Haec dicit Dominus exercituum: Si vide-
bitur difficile in oculis reliquiarum populi huius
in diebus illis, haec dicit Dominus exercituum, numquid in oculis
meis difficile erit? dicit Dominus exercituum. Haec dicit Dominus exercituum: Ecce
ego salvabo populum meum de terra orientis et de
terra occasus solis et adducam eos et habita-
bunt in medio Ierusalem et erunt mihi in populum et ego
ero eis in Deum in veritate et in iustitia. Haec dicit
Dominus exercituum: Confortentur manus vestrae qui auditis
in diebus his sermones istos per os prophetarum in
die qua fundata est domus Domini exercituum ut templum
edificaretur. Siquidem ante dies illos mer-
ces hominum non erat nec merces iumentorum erat neque
introeunti et exeunti pax prae tribulatione.
Et dimisi omnes homines unumquemque contra
proximum suum. Nunc autem non iuxta dies
priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit
Dominus exercituum, sed semen pacis erit: vinea da-
bit fructum suum et terra dabit germen
suum et possidere faciam reliquias populi hu-
ius universa haec. Et erit sicut eratis maledictio
in gentibus domus Iuda et domus Israhel sic sal-
vabo vos et eritis benedictio. Nolite timere,
confortentur manus vestrae. Quia haec dicit

Dominus exercituum: Sicut cogitavi ut affligerem
vos cum ad iracundiam provocassent patres vestri
me, dicit Dominus, et non sum misertus, sic conversus
cogitavi in diebus istis ut bene faciam Ierusalem et do-
mui Iuda. Nolite timere. Haec sunt ergo verba quae
facietis: loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, veritatem et iudicium pacis
iudicate in portis vestris et unusquisque malum
contra amicum suum ne cogitetis in cordibus
vestris et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia
enim haec sunt quae odi, dicit Dominus. Et factum est verbum
Domini exercituum ad me dicens: Haec dicit Dominus exercituum: Ieiu-
nium quarti et ieiunium quinti et ieiunium
septimi et ieiunium decimi erit domui Iuda in
gaudium et laetitiam et in sollemnitates
praeclaras. Veritatem tantum et pacem diligite. Haec
dicit Dominus exercituum: Usquequo veniant populi et habitent in civi-
tatibus multis et vadant habitatores unus ad al-
terum dicentes: Eamus et deprecemur faciem Domini
et quaeramus Dominum exercituum. Vadam etiam ego. Et ve-
nient populi multi et gentes robustae ad quaeren-
dum Dominum exercituum in Ierusalem et deprecandam
faciem Domini. Haec dicit Dominus exercituum: In diebus illis in quibus
adprehendent decem homines ex omnibus linguis
gentium et adprehendent fimbriam viri Iudaei
dicentes: Ibimus vobiscum, audivimus enim
quoniam Deus vobiscum est.

IX

Onus ver-
bi Domini in terra Adrach et Damasci requiei eius, quia Domini
est oculus hominis et omnium tribuum Israhel. Emath quo-
que in terminis eius et Tyrus et Sidon adsumpserunt
quippe sibi sapientiam valde. Et aedificavit Tyrus
munitionem suam et coacervavit argen-
tum quasi humum et aurum quasi lutum platearum.
Ecce Dominus possidebit eam et percutiet in mari
fortitudinem eius et haec igni devorabitur. Vide-
bit Ascalon et timebit et Gaza et dolebit
nimis et Accaron quoniam confusa est spes eius et peri-
bit rex de Gaza et Ascalon non habitabitur. Et sede-
bit separator in Azoto et disperdam superbiam
Philisthinorum et auferam sanguinem eius de ore
eius et abominationes eius de medio
dentium eius et relinquetur etiam ipse Deo nostro et
erit quasi dux in Iuda et Accaron quasi Iebuseus.
Et circumdabo domum meam ex his qui mili-
tant mihi euntes et revertentes et non transibit
super eos ultra exactor quia nunc vidi in oculis
meis. Exulta satis filia Sion, iubila filia
Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus et sal-
vator, ipse pauper et ascendens super asinam
et super pullum filium asinae. Et disperdam quadrigam
ex Ephraim et equum de Ierusalem
et dissipabitur arcus belli et loquetur pacem

et factum est sicut locutus est et non audierunt sic clamabunt et non exaudiam dicit Dominus exercituum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gentibus et potestas eius a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad fines terrae. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Convertimini ad munitionem vincti spei hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi quoniam extendam mihi Iudam quasi arcum implebit terram Ephraim et suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Graecia et ponam te quasi gladium fortium. Et Dominus Deus super eos videbitur et exibit ut fulgur iaculum eius et Dominus Deus in tuba canet et vadet in turbine austri. Dominus exercituum proteget eos et devorabunt et subicient lapidibus fundae et bibentes inebriabuntur quasi a vino et replebuntur ut fialae et quasi cornua altaris. Et salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa ut gregem populi sui quia lapides sancti elevantur super terram eius. Quid enim bonum eius est et quid pulchrum eius nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines.

X Petite a Domino pluviam in tempore serotino et Dominus faciet nives et pluviam imbris dabit eis singulis herbam in agro. Quia simulacra locuta sunt inutile et divini viderunt mendacium et somniatores frustra locuti sunt vane consolabantur. Ideo abducti sunt quasi grex affligentur quia non est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus et super hircos visitabo quia visitavit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda et posuit eos quasi equum gloriae suae in bello. Ex ipso angulus ex ipso paxillus ex ipso arcus proelii ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in proelio et bellabunt quia Dominus cum eis et confundentur ascensores equorum. Et confortabo domum Iuda et domum Ioseph salvabo et convertam eos quia miserebor eorum et erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos. Ego enim Dominus Deus eorum et exaudiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim et laetabitur cor eorum quasi a vino et filii eorum videbunt et laetabuntur et exultabit cor eorum in Domino. Sibilabo eis et congregabo illos quia redemi eos et multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. Et seminabo eos in populis et de longe recordabuntur mei et vivent cum filiis suis et revertentur. Et reducam eos de terra Aegypti et de Assyriis congregabo eos et ad terram Galaad et Libani adducam eos et non invenietur eis locus. Et transibit in maris freto et percutiet in mari fluctus et confundentur omnia profunda fluminis et humiliabitur superbia Assur et sceptrum Aegypti recedet. Confortabo eos in Domino et in nomine eius ambulabunt dicit Dominus.

XI Aperi Libane portas tuas et comedat ignis cedros tuas. Ulula abies quia cecidit cedrus quoniam magnifici vastati sunt. Ululate quercus Basan quoniam succisus est saltus munitus. Vox ululatus pastorum quia vastata est magnificentia eorum. Vox rugitus leonum quoniam vastata est superbia Iordanis. Haec dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis quae qui possederant occidebant et non dolebant et vendebant ea dicentes: Benedictus Dominus quia divites facti sumus, et pastores eorum non parcebant eis. Et ego non parcam ultra super habitantes terram dicit Dominus. Ecce ego tradam homines unumquemque in manu proximi sui et in manu regis sui et concident terram et non eruam de manu eorum. Et pascam pecus occisionis propter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi Decorem et alteram vocavi Funiculum, et pavi gregem. Et succidi tres pastores in mense uno et contracta est anima mea in eis. Siquidem et anima eorum variavit in me. Et dixi: Non pascam vos; quod moritur moriatur et quod succiditur succidatur et reliqui devorent unusquisque carnem proximi sui. Et tuli virgam meam quae vocabatur Decus et abscidi eam ut irritum facerem foedus meum quod percussi cum omnibus populis. Et in irritum deductum est in die illa. Et cognoverunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi quia verbum Domini est. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam et si non quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proice illud ad statuarium, decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos et proieci illos in domo Domini ad statuarium. Et praecidi virgam meam secundam quae appellabatur Funiculus ut dissolverem germanitatem inter Iudam et Israhel. Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit, dispersa non quaeret et contritum non sanabit et id quod stat non enutriet et carnes pinguium comedet et ungulas eorum dissolvet. O pastor et idolum derelinquens gregem, gladius super brachium eius et super oculum dextrum eius; brachium eius ariditate siccabitur et oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

XII Onus verbi Domini super Israhel, dicit Dominus extendens caelum et fundans

dens terram et fingens spiritum hominis in
eo. Ecce ego ponam Iherusalem superliminare
crapule omnibus populis in circuitu. Sed et
Iuda erit in obsidione contra Iherusalem. Et erit
in die illa ponam Iherusalem lapidem oneris
cunctis populis. Omnes qui levabunt eam
concisione lacerabuntur et colligentur gen-
tes adversum eam omnia regna terre. In
die illa dicit dominus percutiam omnem equum
in stupore et ascensorem eius in amentia
et super domum Iuda aperiam oculos meos et
omnem equum populorum percutiam cecitate et
dicent duces Iuda in corde suo. Con-
fortentur michi habitatores Iherusalem in
domino exercituum deo eorum. In die illa po-
nam duces Iuda sicut caminum ignis in
lignis et sicut facem ignis in feno. Et de-
vorabunt ad dexteram et ad sinistram
omnes populos in circuitu et habitabitur Iherusalem rur-
sum in loco suo in Iherusalem. Et salvabit
dominus tabernacula Iuda sicut in principio
ut non magnifice glorietur domus David et
gloria habitantium Iherusalem contra Iudam. In die
illa proteget dominus habitatores Iherusalem et qui offen-
derit ex eis in die illo quasi David et domus
David quasi dei sicut angelus domini in con-
spectu eorum. Et erit in die illa queram
conterere omnes gentes que veniunt contra Ie-
rusalem et effundam super domum David et super habitato-
res Iherusalem spiritum gratie et precum. Et aspicient
ad me quem confixerunt et plangent eum
planctu quasi super unigenitum et dolebunt
super eum sicut doleri solet in morte
primogeniti. In die illa magnus erit
planctus adadremmon in campo
mageddo et planget terra familie et fami-
lie seorsum familie domus David seorsum
et mulieres eorum seorsum familie domus
Nathan seorsum et mulieres eorum seor-
sum. Familie domus Levi seorsum et
mulieres eorum seorsum. Familie Se-
mei seorsum et mulieres eorum seorsum.
Omnes familie reliquie familie et familie seor-
XIII sum et mulieres eorum seorsum. In die
illa erit fons patens domui David et habitantibus
Iherusalem in ablutionem peccatoris et menstruate.
Et erit in die illa dicit dominus exercituum disperdam nomina
ydolorum de terra et non memorabuntur ultra
et prophetas et spiritum inmundum auferam de
terra. Et erit cum prophetaverit quispiam ultra
dicent ei pater eius et mater eius qui genuerunt

eum non vives quia mendacium locutus es in nomine
domini. Et configent eum pater eius et mater eius genitores
eius cum prophetaverit. Et erit in die illa confun-
dentur prophete unusquisque ex visione sua cum
prophetaverit nec operientur pallio saccino ut men-
tiantur. Sed dicet non sum propheta homo agricola ego
sum quoniam Adam exemplum meum ab adolescen-
tia mea. Et dicetur ei quid sunt plage iste in medio
manuum tuarum et dicet his plagatus sum in
domo eorum qui diligebant me. Framea suscita-
re super pastorem meum et super virum coherentem
michi dicit dominus exercituum percute pastorem et disper-
gentur oves et convertam manum meam ad par-
vulos. Et erunt in omni terra dicit dominus partes due
in ea dispergentur et deficient. Et tertia pars relinquetur
in ea et ducam tertiam partem per ignem et uram eos sic-
ut uritur argentum et probabo eos sicut aurum. Ipse vo-
cabit nomen meum et ego exaudiam eum et dicam
populus meus es et ipse dicet dominus deus meus. XIIII
Ecce dies veniunt dicit dominus et dividentur spolia
tua in medio tui et congregabo omnes gentes ad
Iherusalem in prelium et capietur civitas et vastabun-
tur domus et mulieres violabuntur. Et egredietur
media pars civitatis in captivitatem et reliquum
populi non auferetur ex urbe et egredietur dominus et pre-
liabitur contra gentes illas sicut preliatus est in die cer-
taminis et stabunt pedes eius in die illa super mon-
tem olivarum qui est contra Iherusalem ad orientem et
scindetur mons olivarum ex media parte sui ad o-
rientem et ad occidentem prerupto grandi valde
et separabitur montis medium eius ad aquilonem
et medium eius ad meridiem et fugietis ad va-
llem montium meorum quoniam coniungetur vallis
montium usque ad proximum et fugietis sicut fu-
gistis a facie terremotus in diebus Ozie regis Iu-
da. Et veniet dominus deus meus omnesque sancti cum eo et erit
In die illa non erit lux sed frigus et gelu. Et erit dies
una que nota est domino non dies neque nox et in tem-
pore vespere erit lux. Et erit in die illa exibunt aque
vive de Iherusalem. Medium eorum ad mare orien-
tale et medium eorum ad mare novissimum. In
estate et in hieme erunt. Et erit dominus rex
super omnem terram. In die illa erit dominus unus
et erit nomen eius unum et revertetur omnis terra
usque ad desertum ad Remon et de colle ad Re-
mon ad austrum Iherusalem et exaltabitur et habita-
bit in loco suo a porta Beniamin usque ad
locum porte prioris usque ad portam angulorum
et a turre Ananeel usque ad torcularia regis
et habitabunt in ea et anathema non erit am-
plius sed sedebit Iherusalem secura. Et hec erit

plaga qua percutiet dominus omnes gentes que pugnaverunt
adversus ierusalem. Tabescet caro uniuscuiusque stantis super
pedes suos et oculi eius contabescent in foraminibus
suis et lingua eorum contabescet in ore suo. In
die illa erit tumultus domini magnus in eis et ap
prehendet vir manum proximi sui. Sed et iudas
pugnabit adversus ierusalem et congregabuntur
divitie omnium gentium in circuitu aurum et argen
tum et vestes multe satis et sic erit ruina equi
et muli et cameli et asini et omnium iumentorum que
fuerint in castris illis sicut ruina hec. Et omnes
qui reliqui fuerint de universis gentibus que venerunt
contra ierusalem ascendent ab anno in annum ut
adorent regem dominum exercituum et celebrent
festivitatem tabernaculorum. Et erit qui non ascen
derit de familiis terre ad ierusalem ut adoret regem
dominum exercituum non erit super eos ymber. Quod et si fami
lia egypti non ascenderit et non venerit nec super eos
erit sed erit ruina qua percutiet dominus omnes gentes
que non ascenderint ad celebrandam festivitatem
tabernaculorum. In die illa erit quod super frenum
equi est sanctum domino et erunt lebetes in domo
domini quasi fiale coram altari. Et erit omnis le
bes in ierusalem et iuda sanctificatus domino exercituum. Et ve
nient omnes immolantes et sument ex eis et co
quent in eis et non erit mercator ultra in domo
domini exercituum in die illa. **Incipit prologus in malachiam**

Deus per moysen populo israel preceperat sacerdotes
tabernaculi sui omni corporali vitio carentes
hostias eque omni vitio carentes sibi offerre quibus
legem suam ad regendum populum ob hoc dederat ut
placificationum oblationem indulgentiam de-
i hominum sibi populum preceptis facerent obe-
dire sibi obedire. Unde sacerdotes angelos dei esse hoc
loco scriptura testatur. Sed quoniam nimius
gentium contemptus super dei populus ac sa
cerdotes maculas sacrificia detrectantes ipsi etiam
nibus atque impietatibus maculata deo offerre
ceperunt ideo per malachiam prophetam deus populum
israel increpans ait. Dilexi vos dicit dominus.
Et dixistis. In quo dilexisti. Nonne frater erat
esau iacob dicit dominus et dilexi iacob esau autem
odio habui. Esau quidem fratrem iacob non utique aut
spontanea voluntate odio habuit adeo vel
sibi meritum iacob dilectum manifestum est
cum secundum prescientiam suam quidem esau
effusionem sanguinis concupiscere ia
cob autem sui cognitione observandam legem
desiderare cognosceret. Huius rei gratia super
dicto exemplo usus est dicens. Iacob dilexi
esau autem odio habui quod iam in exemplis memorata

rum quoque liber geneseos meminit in quo
unusquisque eorum futurus erat propositio ma
nifeste constatur ut scriptum est. Erat
autem puer et erat esau homo agrestis sci
ens venare. Iacob autem homo simplex
manens in tabernaculo. Nam reliqua que
lectione comprehensa sunt prevaricationem
populi israel in obscuratis sacrificiis dei in
exprobrationemque in eundem quod deos alienos
coluerint significant. **Item alius prologus.**

Malachias in fine omnium prophetarum de ab
iectione israel et de vocatione gentium
prophetat. Non est mihi voluntas in vobis volun
tas dicit dominus exercituum et munus non suscipiam
de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad
occasum magnum et offerendum nomini meo ob
latio munda. **Incipit malachias.**

Onus verbi domini ad israel in manu
malachie prophete. Dilexi
vos dicit dominus. Et dixistis.
In quo dilexisti nos.
Nonne frater erat esau iacob dicit
dominus et dilexi iacob esau autem odio habui et po
sui montes eius in solitudinem et heredi
tatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit ydu
mea destructi sumus sed revertentes edificabimus
que destructa sunt hec dicit dominus exercituum. Isti
edificabunt et ego destruam et vocabuntur
terminis impietatis et populus cui iratus est dominus
usque in eternum et oculi vestri videbunt et vos
dicetis. Magnificetur dominus super terminum israel. Fi
lius honorat patrem et servus dominum suum. Si ergo pater
ego sum ubi est honor meus et si dominus ego sum
ubi est timor meus dicit dominus exercituum. Ad vos o sacerdo
tes qui despicitis nomen meum et dixistis. In
quo despeximus nomen tuum. Offertis super alta
re meum pollutum panem et dicitis. In
quo polluimus te. In eo quod dicitis mensa
domini despecta est. Si offeratis cecum ad
immolandum nonne malum est. Si offeratis
claudum et languidum nonne malum est. Offer
illud duci tuo si placuerit ei aut si susceperit
faciem tuam dicit dominus exercituum. Et nunc
deprecamini vultum dei ut misereatur vestri de
manu enim vestra factum est hoc si quomodo suscipiat fa
cies vestras dicit dominus exercituum. Quis est in vobis qui
claudat hostia et incendat altare meum
gratuito. Non est mihi voluntas in vobis
dicit dominus exercituum et munus non suscipiam
de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum
magnum est nomen meum in gentibus

... violabat ... ad ... violata ... dicere ... violat.